Quelle: https://manuscripta.at/?ID=792
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

2

omnes fines terre salutare dei nostri iubilate deo omnis
terra. V. Notum fecit dominus salutare suum ante conspectum
gentium revelavit iusticiam suam. V. Notum fecit prius
modus quod archano consilio ordinarat coeterno sibi
de filio homo reus reatu criminis perpetuo luat misit do-
num. Alleluia. V. Dies sanctificatus illuxit nobis venite
gentes et adorate dominum. Sequencia
Natus ante secula dei filius invisibilis interminus
Per quem fit machina celi et terre maris et in
hys degencium. Per quem dies et hore labant et se-
iterum reciprocant. Quem angeli in arce poli
voce consona semper canunt. Hic corpus assumpserat
fragile sine labe originalis criminis de carne marie
virginis quod primi parentis culpam eveque lasciviam tergeret.
Hoc presens diecula loquitur prolixa adaucta longitu-
dine quod sol verus radio sui luminis vetustas mundi depu-
lerit genitus tenebras. Nec nox vacat novi sideris
luce quod magorum oculos terruit scios. Nec gregum
magistris defuit lumine quos prestrinxit militum dei claritas
Gaude dei genitrix quam circumstant obstetricum vice
concinentes angeli gloriam deo. Christe patris unice qui
humanam nostri causa formam assumpsisti refove sup-
plices tuos. Et quorum participem te fore dignatus